



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

VIII. Markgraf Otto überläßt zum Seelenheil des Ritters Albert Valie eine Hebung aus Neuwinkel dem Kloster Arendsee, am 20. September 1252.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cionis testes sunt Ghotfridus, Canonicus in Steyndal, Et Heynricus, in eadem ecclesia canonicus, Ghyfelerus, tunc Cappellanus curie, de laycis autem Wernerus Comes de luchowe, heynricus Comes de Zwerin, Gardolfus de hadmerfleue, fridericus de haffele, Tydericus dapifer, Rodolfus pincerna, fredericus de welle, Gherardus de Retuelde, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXXV^o., XIII kalendas septembris.

VIII. Markgraf Otto überläßt zum Seelenheil des Ritters Albert Valie eine Hebung aus Neuwinfel dem Kloster Arendsee, am 20. September 1252.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que temporaliter fiunt, cum temporis instabilitate pretereunt, necesse est, ea et uocibus testium et scripturarum munimine confirmari, Vt per ea Rem gestam possit in posterum posteritas conprobare. Notum igitur esse cupimus Crisi fidelibus uniuersis presentem litteram inspecturis presentibus pariter et futuris, quod nos ob reuerenciam dei omnipotentis et Remuneracionem uite eterne et ad petitionem dilecti fidelis nostri Alberti militis dicti Valie, seruiciis suis multiplicibus, que nobis exhibet et exhibuit indefesse ammoniti et inducti, unum chorum Siliginis in villa nyenwinkele situm, quem dictus Albertus pro suorum promerenda Indulgencia peccatorum de suis elemosinis comparauit, Ecclesie in Arnesse contulimus cum omni Jure, quod habuimus in eodem, liberaliter ac proprietatis tytulo perpetuo possidendum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat, et ne in posterum ab aliquo heredum siue posterorum nostrorum valeat immutari, presentem litteram super eo in testimonium dandam duximus appensione sigilli nostri arcus communitam. Huius autem rei testes sunt Johannes de Rossow, Johannes de perleberg, Conradus de Osterborch et Johannes de Crakow, et alii quam plures. Datum apud Arneborch per manum heinrici, Canonici Stendalensis, Curie nostre Notarii, Anno domini M^o. CC^o. LII^o., XII^o. kalendas octobris, Indictione X^a.

IX. Markgraf Otto bereignet zu seinem Seelenheil dem Kloster Arendsee das Dorf Wendisch Gugin, am 2. August 1253.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Ne quod a nobis ad laudem dei agitur, cum tempore defluente transeat et labatur, necessario requiritur et est iustum, Vt hoc per scripta autentica et testium voces